



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 3. sicut patronus potest variare, ita eius procurator, & quomodo fiat
variatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

Maximo, & Serenissimo Cosmo Medices Magno Hetru-
riæ Duce Quarto dominante, addita subscriptione Can-
cellarij Curiæ Archiepisco-
palis.

3 Vbi autem † tale edictum
affigi debeat, variae sunt op-
niones relatæ à Lambertin.
vbi supra articulo 23. sed
ea seruatur, vt affigatur ad
valuas Cathedralis, & Ec-
clesiæ vacantis: & ita de sty-
lo seruatur Pisis. Quod edi-
ctum debet affigi, & leuari
per nuncium, qui in actis

Notario referat se ea imple-
uisse. Lambertin. vbi supra
artic. 24. Quod † edictum
debet remanere affixum, du-
rante termino in eo conten-
to. clemen. I. vbi gloss. de
iudic. & si fiat † institutio an-
te lapsus termini positio in
edicto nulla est; sed si po-
stea nullus compareat con-
tradictor, & terminus tran-
seat, validatur institutio, pro-
ut ex nunc, non prout ex
tunc. vide Lambertin. vbi su-
pra articulo 25.

C A P V T T E R T I V M.

Nunquid lapsus peremptorij in edicto appositi ex-
cludat non comparentem intra di-
ctum terminum.

S V M M A R I V M.

- 1 Peremptorij dicti lapsus
excludit non comparentem.
- 2 Peremptorium dicitur quia
permittit disceptationes.
- 3 Comparens post edictum
dicens se ignorasse, vel im-
peditum re integra auditur.
- 4 Præsentatione facta à ma-

la fidei possessore, affixo edi-
cto, & secuta institutione,
verus patronus non auditur.

5 Instituere habens ex officio
tenetur cognoscere de iuribus
presentantium.

L Apsus dicti † perem-
ptorij, de quo in cap.
ultimo

vltimo de elect. lib. 6. excludit non comparentem intra illius editi terminum, adeo ut postea nullatenus sit audiendus. Vide Oldrad. cond. 2 sil. 3. Ex eo enim † dicitur peremptorium, quia perimit disceptationes, idest non patitur vltra aduersarium tergiuersari. l. ad peremptoriū. ff. de iudic. facit tex. in cap. cum dilecti. de dolo, & contum. & glos. in dicto c.vlt. in verbo, peremptorio; ex officio tamen potest iudex de omnibus cognoscere. Si vero talis † non comparuit, quia editum vere ignorauit, vel vere fuit impeditus, tunc eo casu audiri debet, si res sit integra, quia adhuc non sit sequuta institutio. Oldrad. vbi supra. Lamber. de iurepatronat. lib. 2. part. 2. quæst. 6.

4 artic. 26. Quod si † præsentatio facta fuerit à malæ fidei possessore, & factum sit editum in forma, & sequuta sit institutio, si postea compareat verus patronus petens reuocari institutionem, non deberet audiri. Rocch. de Curte de iurepatronat. in verbo competens alicui. quæst. 22. col. 1. Lambertin. vbi supra art. 27. Et secundum tenorem dicti cap. vltimi debet superior † saltem ex officio, ante institutionem præmittere discussiōnem præsentationis, seu electionis: quæ discussio est de substantia, vt constet de iuribus præsentantium, & meritis præsentati. & ita loquitur text. in dicto cap. vltimo. vbi Ioann. Andr. Domin. & alij, & declarat Lambertin. vbi supra art. 28.

FINIS LIBRI NONI.



L I-